

berg
7
196



1928 K 944

(449)
DE
SCARLATINA
OBSERVATIONES ET MELETEMATA
QVAEDAM,

7,29
30

DISSERTATIO INAUGURALIS,
QVAM
PRAESIDE
D. SALOMONE CONSTANTINO
TITIO,

BOTAN. ET ANATOM. PROFESS. PVBL. ORD.

PRO GRADU DOCTORIS
IN MEDICINA ET CHIRVRGIA,

A. D. II. AVGVSTI 1796.

H. L. Q. C.

PUBLICA DISPVATIONE DEFENDET

AUCTOR
GOTTLOB BENIAMIN BAVER,

GVBENA-LVSATVS,
MEDICINAE CANDIDATVS ET CHIRVRGVS KLEINWELKENSIS.

WITTEBERGAE,
LITERIS TZSCHIEDRICHII

DE
S. CARL. A. T. I. N. A
OBSERVATIONES ET MELIORATA
QUAEDAM.

PHILOSOPHIAE
P. R. A. T. I. C. I. E
D. SALOMONE CONSTANTINO
TITIO

HOTAN...
PRO GRADU DOCTORIS
IN MEDICINA ET CHIRURGIA

A. D. M. DCCLXXXIII. MDCC.

PHILOSOPHIAE
DOCTOR
GOTTLOB BENJAMIN RAUER
MEDICINAE CANDIDATUS ET CHIRURGUS KILIMNERENSIS

WITTEBERGA
CITRIS LACRIMICIS





§. 1.

Plurimum recentioris aevi medicis debemus, qui, ut humano generi cum multis variisque malis conflictanti opitulentur, eos imprimis inuestigarunt morbos, quibus puerilis aequae ac iuuenilis aetas potissimum solet esse exposita. Fuerunt, iique magni nominis viri, quorum alii eo vsque progressi sunt studio subleuandae hominum miseriae, ut, quicquid haberent doctrinae et experientiae, id omne conferrent, ut prorsus quaedam morborum genera, infantibus praesertim noxia, extirpare ac tollere anniterentur; alii vero id nostras vires superari rati, stragi ex his morbis oriundae arctiores limites ponere, et contra eorum vim incuntem hominum aetatem defendere allaborarunt.

Spem igitur concipimus firmam, fore, ut collata quasi plurimum opera, communicatisque cum orbe erudito singulorum observationibus et consiliis, progrediente tempore, certius de morborum indole causisque iudicium, et tutior medendi methodus eruatur ac stabilietur. Patet, quam felici successu nostra memoria rei medicae periti in mali venerei morborumque, qui ex hac quasi tetra featurigine ebulluerunt, naturam inquisuerint, et quantum ex his viginti, et quod excurrit, annis eius curandi in melius mutata sit ratio. Eodem modo praecelere de re nostra meriti sunt qui magno et indefesso studio variolarum indolem obseruauerunt, et certiori delendi eius veneni inuestigata via, innumeros iam praesentissimo mortis periculo eripuerunt, longe plures erepturi, si, quantum fieri potest, fieri paterentur praconceptae hominum




num opiniones et seculi nostri mollities, cui facile superandis impedimentis succumbere non amplius dedecori esse putatur. Si a variolis discesseris, vix alius nobis occurrit, infantibus praesertim et pubescenti aetati, exitiosior morbus, quam quae per plures iam annos magnam patriae partem peruagata est, febris scarlatina. Cuius cum vera natura et indoles, ac proprium quasi virus, nec dum plane cognitum sit, cumque malorum, quae in hunc vnum morbum veluti confluere videntur, complexus, non raro artis regulis innixam medici spem et expectationem frustretur, quid mirum, si saepius in curando hoc morbo, vt successu, quem optauerat, ita et animo cadat medicus. Saepius per plures annos, quibus lues haec epidemica grassabatur, mihi cum malo hoc conflictandum fuit, cumque non paruis aegrotorum numerus mihi valetudinis suae curam commiserat, vberimam nactus sum occasionem, malum propius cognoscendi. Hic experiundo didici, quam anceps sollicitudinisque plena sit morbi huius curatio, quam saepe de trita et consueta despectendum sit via, quantopere non nunquam haereat scientia, praxique minus subiectos inopesque consilii relinquat, et quoties vrgens quaedam incidere queat necessitas, audendi aliquid, quod, necessitate remota, audere artis regulis minus conueniens, ac prope temerarium fuisset. Cuius rei vberiore explanationem hac seripione edere mecum constitui, cum argumenti grauitas, aequae ac vtilitas, digna sit occasione, qua scribendum mihi omnino aliquid erat.

§. 2.

Febris scarlatina, veteribus parum cognita, ecce non, qua par erat, diligentia obseruata et descripta, et primum, quantum scio, a SYDENHAMIO hoc nomine insignita, nostris diebus, contagione longe lateque diffusa, infantes puberesque viriusque sexus, maxime tamen sequioris, magna mortiferaque vi aggressa fuit. Subita mali euentus, symptomatumque ab analogia non raro aberrantium, complicatio, difficillimam reddit medelam, et spem medici lactioris exitus iure quodam conceptam, opinione citius plane subuertit. Proprium morbi, et quasi natuum, characterem cum aliis, TISSOTVM
seu.

fecutis, pono Anginam singularis acerbiorisque indolis, quam comitatur purpura plurimum maligna, vultum, pectus, quin omnem corporis superficiem occupans. Sequitur ardor vehemens, anxietas, sensuum perturbatio corporisque status inquietus. Pustulae nonnunquam erumpunt hinc inde confluentes, quarum loco interdum purpura, cuius memini, plus minusue rubra, omne tegit corpus. Glandulae colli, tam externae quam internae, uti et pectoris intumescent, opprimitur aeger sopore, deliria, pectus anhelans, grauiorque respiratio, cutis ardens et arida comparent, et, nisi subito subueniamus, intra duorum triumue dierum spatium apoplexia diem obeunt, multum perpassi. Sunt, qui per dies aliquot languescunt, et male se habent, tumor glandularum colli succedit absque inflammatione, subrepunt exanthemata cum ardore coniuncta, quae in dies vires sumunt maiores. Si aeger fatis habet vigoris, ut natura funditus extrudere queat purpuram, vsque ad tertium diem magis magisque efflorescere solet, quo praterlapso, pedetentim euanescit et cutis desquamatur. Quae morbo propria esse dixi symptomata vsque ad nonum plerumque diem perdurant, et tum demum sensim imminuuntur et decrescunt. Quo in stadio si materia morbifica cerebrum, pectus et abdominis viscera vehementer innadat, aut nimia aphtharum vis integumenta primarum viarum exulceret, deterior redditur aegri status. Tunc putrida humorum sanguisque corruptio, non superanda in soporem propensio, lotium subpallidum, decolor, nullo sedimento, stitis tenuis aut potius nulla, cutis faciei intenta, arida, acri calore ardens, iterata pustularum eruptio et desquamatio, lingua sicca, in colorem nigricantem vergens, quae, si crusta obducta viscida, uti et aphthis obscurioribus obsita est, periculi ingrauescentis, nec raro propinquioris mortis, signa sunt. Rebus sic comparatis si contingit humectans perspiratio, quae in sudorem largiorem transit, recuperandae salutis spem concipimus. Soluitur enim anxietas, densa, sterterosaque respiratio tollitur, aeque ac iactatio corporis frequentior, et sopor cerebri admodum adfecti nuncijs. Vires quasi nonas hac crisi acquirit natura, et aegri citius, tardius, prouti corporis id patitur constitutio, ad pristinam redeunt sanitatem. Saepius autem, petere consuecit, miasma glandulas, tanquam latebras, purpura quae



per dies aliquot floruerat, disparet, calor, qui acris nimis corpus adusserat, remittit, et nulla praeuia, quae lactiorem crisin comitari solet, excretionem, melius habere se videntur aegri, nonnulli et cibos appetunt, quin et relicto lectulo denuo ambulare incipiunt. Nunc virus ad glandulas et vasa lymphatica delatum, omnes eorum perturbat actiones, humoresque per totum corpus diffusi, adeo funditus corrumpuntur, vt aut tumor glandularum in nobilissimis potissimum partibus, atque obstructio lethalis oritur, quam anasarca sequitur, aut sanguine nimis acri reddito et putrefacto, motuque vitali aliquantum sublato, gangraena citusque sphacelus vitae longioris spem intercidat. Fit nonnunquam, vt assatum aegro suppetat virium, et glandulae parotides imprimis et tonsillae inflammantur et in lentam vergant suppurationem. Quae, si dictas tantum destruit glandulas, visque vitalis omne, quod per corporis partes dispersum erat, venenum eo deducere et protrudere valet, lactior sperandus exitus; fecus si sit, aut morte cita opprimitur aeger, aut aegerrime ad aliquam saltem sanitatis quasi formam perductus, quoad viuít, cum variis magnisque conflictatur malis, quae ex hoc morbo, tanquam fonte teterrimo, originem ducunt. Vix enim alius nobis innotuit morbus infantum, cuius exitus plus momenti ad omnem reliquam vitam bene maleue viuendam, adferat, quam febris scarlatina. Saepius omnis corporis ita eo immutatur natura et habitus, vt alius proorsus, morbo profligato, appareat, quam antea noramus, statuque corporis pristino sublato, alius hucusque non animaduersus se prodit. Ex quo facile intelligitur, quantam vim malum istud in vniuersam oeconomiam animalem, et particulares corporis actiones exerat, quamque labem inferat praefertim vasis, quibus humores praeparantur, coquuntur et per omnem corporis machinam derivantur, quo tota sanguinis massa, spiritusque, quos dicunt, vitales adeo in deterius mutantur, vt vix, vel plane non, in priorem sanitatis statum reduci queant.

§. 3.

In plerisque epidemiis malum hoc suam quasi propriam impressam habuit formam, multumque, vti causae praedisponentes, ita et in morbi

morbi decursu, symptomata, eorumque complicationes inter se vari-
 runt, quae anomalias necessario, et discrepantes medelae indicationes
 peperit. Quacunq; vero forma se prodat malum, sedem tamen nati-
 vam habere videtur, ex qua tanquam scaturigine promanat materiam
 nimirum serofulolam. Facile omnibus, qui nostra aetate in naturam
 serofularum, morborumque, quos gignat, inquisuere, palmam
 praeripuit Cel. HUFELANDIVS dissertatione sua, quae praemium retulit,
 qua nihil fere relictum videmus, quod difficiliori rei huic lucem quan-
 dam accendere queat. Huic debemus, quod nunc certius et plenius
 de febris nostrae indole causisque iudicare, et, quamvis multiplici
 forma se exserat, varietate se in intimos corporis recessus abscondat,
 rectam eius sanandae inire possimus viam. Verosimile, nec ab ipsis
 HUFELANDII assertis absouum, mihi esse videtur miasma serofulolum
 recte dispesci in chronicum et acutum, quod his potissimum causis
 inductus ita statub. Multos immo facile plurimos reperies homines,
 qui inde ab utero, corporis habitui congruam materiae serofulolae par-
 tem intus latentem, secum circumferunt, quam in multis naturae
 vires, aut partium solidarum robur, aut denique superuenientes motus
 critici, partim funditus tollunt, partim debilitant. Quas corporis
 praedispositio non sublata, licet debilitata, semper insidias sanitati struit,
 et licet per plures annos confopita latuerit, opinione citius erumpit, vel
 leui provocata incitamento. Experientia nos conducet, in multis ho-
 minibus hanc materiam corruptricem sese omnibus, quibus laborant,
 implicare morbis, eosque deteriores efficere; quin et ipsi primarii,
 vel idiopathici morbi vix sine commixtione veneni serofulolosi repe-
 riuntur, vt affirmare nullus dubitem, perpetuo nunc naturae, eiusque
 ministris, medicis, consiliandum esse cum tetra ista materia, quae
 reprimi ad tempus, penitus deleri fere nunquam potest. In aliis,
 propter varias accedentes causas occasionales, et vitiosam corporis
 conditionem, statim a prima infantia, tanta progignitur materiae vis,
 quam nullum naturae robur, quocunq; modo se exserat, profligare
 valet. Sensim ita ingruit, vt in totum dominetur corpus, omnes-
 que eius interpellat actiones, usque dum tandem erumpat in acerbissi-
 mum morbum varia ratione misere excruciantem homines, nec nisi


morte



morte ipsa, tam tristi vita exoptiore, finientem. Aërem, disiuncta particularum eum constituentium cohaesione et coordinatione, sublatoque eius aequilibrio immutatum, singularem vim in corpus animale habere, et multas magnasque praesertim in chemicis eius actionibus producere mutationes, inter omnes constat. Hinc male affici systema vasorum absorbentium et diuersimode secretionis et nutritionis negotium laedi, in sanguinem deducendos liquores illuc secus ac decet derivari, et humorum salubrem turbari mixtionem, nouimus.

In causis proximis febris scarlatinae, quantum ex recentissimis observationibus colligitur, et acrimonia quaedam acida esse videtur, quae caustica quadam vi vasa inorbentia, et glandulas aequae ac nervos violentius tentat, lympham in sanguinem ducendam in deterius mutat, et homogeneam humorum omnium conditionem corrumpit. Qui cum contagioso, cuius meminimus, miasmate coniuncti, bifariam nervos et organa absorbentia stimulant, omnesque illas anomalias producunt, quae difficillimum hunc morbum reddere solent. Hanc assertionem cum principiis physiologicis chemicisque conciliare nunc partium mearum esse non duco; sufficit ipsam veneni scarlatini evolutionem et depravatam lymphae totius constitutionem, vix alia ratione explicari posse, qua posita, et ipsa medelae ponitur indicatio. In curando enim hoc malo primitivae materiae morbificae ideo nulla ratio haberi potest, quia hucusque, qua tandem solertia eam perscrutati sunt medici, nemo episcari eam potuit. Tantum vero abest, ut acrimoniam illam acidam unam mali nostri causam putem, ut etiam quam plures alias recensere possem, quarum enumeratio, si ad omnes simul attendere vellet medicus, tam vagam redderet et incertam indicationem, ut nunquam firmo pede in medela progredi posset. Tutissime ibit, qui experientiam ductricem, tam in diiudicando malo, quam in determinanda curae methodo sequitur, quam singularis et specifica contagionis cuiusque indoles, nec non corporis aegroti constitutio propria requirit. Sic e. c. falleretur, qui omni alio respectu neglecto, alimenta, potulenta acida prorsus reliceret, cum status inflammatorius sanguinis et reliquorum humorum talia non raro flagitet, et praebere cogat. Aequae turpiter etiam erraret, qui iis vbiuis vteretur, cum su-

burra



9

burra in primis viis collecta respuat acida, quae nimis excitatis stimulis reditum ad pristinam sanitatem, nisi omnino impediunt, attamen difficiliorem efficiunt. Hinc tam diuersi, et inter se pugnantes effectus eorundem remediorum in vno eodemque morbo facile explicari possunt.


Haec omnia morbosas corpori inducunt affectiones, stimulis specificis has illasque partes agitant, qui nervos et solidas partes feriunt, et febribus acutis aliisque morbis causam et materiam praebent. Rebus sic constitutis, si serofulosum virus in corpore latet, excitant illud et euoluunt stimuli isti, et euolutum in acutum miasma febris scarlatinae formant, quae diuersa causarum occasionalium indole, nunc mitior, nunc malignior apparet, et medico plus minusue spei eius curandae relinquit. Particulae exhalatae, quibus aer aegro circumfusis impregnatur, morbo imprimis increscente, miasma facile cum aliis communicant, indeque contagium oritur. Materia enim serofulosa e latebris, quibus abscondita latuerat, euocata, libere permeat atmosphaeram et per inforptionem aliorum inhaeret corporibus, in quibus vel praefens iam euoluit venenum, vel glandulas et systema vasorum insipientium acerrimis irritat stimulis, qui febrim, de qua loquimur, scarlatinam efficiunt. Haec enim febrem vasa lymphatica praee aliis inuadere, et singularem humorum acrimoniam pro proxima causa agnoscere, prorsus dubio caret.

§. 4.

Vti huius, sic et aliorum morborum, quibus glandulae et systema vasorum lymphaticorum vexantur, inturgescens acrimonia acida, de qua iam dixi, proxima causa esse videtur, quae tamen et ipsa alio cuidam stimulo ortum debet. Quod et in febris acuta miliari accidere verosimile est, vbi talis acrimonia simul cum irritante illa materia primis viis inhaeret, et constrictione spasmodica adeo omne systema vasorum inforbentium excitat, vt magna quadam vi pustulae extra protrudantur, quae, nisi visceribus, stomacho et hepate causa morbifica liberatis, tolli nequeunt. Hinc magna partium sensibilitas, quam febrim acutam concomitari videmus, explicari potest, vti et vomitio,

B

tis



tis dolor vehemens et acutus, vertigo tenebriosa, delirium, et su-
 bitus partium nobiliorum sphacelus. Parum hic auxilii praebent aci-
 da, multum refrigerantia e. c. nitrum, salia media et quae reliqua sunt
 generis antiphlogistici; quod tutius a roborantibus, antispasmodicis,
 et diaphoreticis expectatur. Eadem destruentem caustica materia niti
 videtur teter ille et exitialis glandularum et vasorum lymphaticorum
 morbus, carcinoma, quod aut praegressum sequitur scierhum, aut
 etiam eo non apparente miseris adoritur, eo tamen discrimine, quod
 virus morbificum in carcinomate solas occupat glandulas iisque coar-
 ctatur; in scrofulis vero et febris scarlatina e latebris eruptum, libere
 permeat omnem humorum ambitum, minus tamen praesente periculo.
 Nemini adhuc contigit in interiores recessus et quasi adyta natu-
 rae eo vsque penetrare, vt occultas leges oeconomiae animalis inue-
 stigare potuerit, quibus natura materiam producit, modisque variis
 componit, et formas organicas effingit, quas a laesionibus et destru-
 ctione aut tueri, aut laesas, quin immo destructas, reintegrare ac re-
 producere annititur. Haec propria vis vitalis esse videtur et agens
 quasi anima oeconomiae animalis, quae inde a primo ortu, nisi ope-
 rationes eius interueniente malo fortiori, impediuntur aut prorsus ab-
 rumpantur, nisi, quem Cel. BLUMENBACHIVS formatium vocat,
 organicas formas conseruat, laesasque, quantum id fieri potest, in in-
 tegrum restituit. Hunc nisum formatium vsque ad summam senec-
 tatem corpori humano, quamuis varias perpeffum sit laesiones, suc-
 currere videmus; solum carcinoma vires eius frustratur, et nulla prorsus
 spes relinquitur, destructas carcinomate partes vnquam nisi forma-
 tium reintegratum iri. Ex quo, nisi admodum fallor, recte con-
 cluditur, praeter topicam destructam substantiam organicam, et ipsum
 nisum formatium, in partibus caustico isto veneno affectis, perire et
 quasi occidi. Hinc etiam patet, cur teterrimum istud malum, simul-
 ac vim quandam nactum est, nulla arte superari, et plus auxilii, si
 mali sedes id permittit, a ferro, quam quibuscunque interne adhibi-
 tis expectari queat. Si vero vterius ad vicinas partes malignas emi-
 sit radices, tunc conelamatum est, nec quidquam destructioni oppo-
 nere valet ars medica, nisi perditus ille nisus formatiuus denuo exci-
 tari

tari possit atque restitui. Cuius artis reperiundae spem quandam faciunt nonnulla tam interne quam externe adhibita remedia, exempli causa, gas carbonatum acidum, aliaque eius generis, cum usu terrae albae exactissime praeparatae et acidi arsenicalis coniuncta, Cortex Peruvian. cum Cicuta, reliqua.

Qui ad summam eius cum morbo serofuloso attendit similitudinem, facile febrem nostram, tanquam speciem ad illum serofulorum morbum, tanquam ad genus, referet. Tanta enim iater utrumque morbum, si in naturam et indolem illorum inquiras, intercedit cognatio, ut non nisi chronico et acuto differant habitu. Uterque vnas easdemque aggreditur corporis partes, in quibus stimulorum quasi sedem figit malum. Suppuratio glandularum in utroque morbo profus eadem reperitur, hoc vno excepto, quod in chronicis lentius ea procedat, in acutis vero acrimonia, caloris vi putrefacta, pus citius maturet atque protrudat. Adde, utrumque morbum infantes et pubescentes utriusque sexus, rarius aetate prouectiores, aggredi. Fieri quidem nonnunquam solet, ut etiam adultiores malo hoc tangantur, mitiori tamen plerumque exitu, cum minor veneni serofulosi vis in iis se exerat, nec vasa lymphatica glandulaeque tam facile irritentur, quam in prima aetate. Signa diagnostica quae medicum vel secundum vel aduersum morbi finem expectare iubent, in utroque morbo fere eadem deprehendas, nimirum procliuitas corporis ad gignendam materiam serofulosam, eiusdemque, facile se prodens, copia, eandem medendi utriusque morbo inire suadent rationem. Quotidie certiores nos reddit experientia, omnes, qui serofuloso laborant morbo chronico, difficillime expediri, quoties abundant viscido glandulas obstruente, aequae, ac febris scarlatina oppressi, in quibus industria serofulosi veneni documenta se manifestant, aut fato succumbere coguntur, aut morbo etiam pro tempore profligato, cum variis et diuturnis conflictantur malis. Audiendi non sunt, qui utriusque morbi analogiam, identitatem voce barbara paene dixerim, ideo negant, quia febris scarlatina contagione cum fanis se communicat, quod longe secus se habet in serofulosis. Vix enim vnquam solae in febre scarlatina operantur causae praedisponentes, sed sociam habent aeris quan-



quandam indolem, cui, vt et aliis, difficilioribus explicatu mediis
 causis, tribuenda est scrofulosae materiae in acutum miasma deprava-
 tio. Huc accedit in quavis contagione morbum hunc propriam
 quandam induere formam, et diuersos saepe habere caracteres, qui
 a praeterita vel etiam adhuc durante aëris conditione, pendere viden-
 tur, et statum morbosum variis modis influunt. Nunc enim celerior
 partium imprimis internarum inflammatio apparet, quae fauces vio-
 lenta angina infestat; glandulae tumidae, dolentes, intra paucos dies
 in vlcerationem abeunt, et pus per plures hebdomades, ore auribus-
 que defluit. Nunc vero minori apparente violentia, vere idiopathicus
 eruitur morbus, natua sua indole proprioque caractere. Prior, de
 qua dixi, morbi species, propius ad febris inflammatoriae accedit
 similitudinem, eadem silit symptomata, eandem, vt plurimum, crisin
 eundemque decursum, ita, vt vel inflammatione nimium incescente
 malisque, quae eam comitari solent, valde exacerbatis, mors sequatur,
 vel crisi, tam metastatica quam resolutoria placidior reddatur morbus,
 atque decreseat, pristinaque tandem redeat sanitas. Posterior
 vere idiopathicus morbus longe diuersam praebet faciem. Statim ab
 initio causa morbifica tanta vi occupat glandulas, vt nullis remoueri
 queat mediis, debilitat vasorum lymphaticorum actiones easque tur-
 bat, atque salutaes motus, qui depellendo veneno inferuire debent,
 impedit. Tunc propria morbi conspicitur idea, quae scrofulosum
 virus, quascunque aeger patiatur vicissitudines, luculenter prodit.
 Purpura propellitur minus frequens, nec, vt in priori morbo, aequali-
 ter super omne corpus diffusa, sed has tantum illasque partes, pallidior
 occupans, mox intra cutem recedens. Aestus augetur, cutis sicca
 parum recte succedere perspirationem indicat, quae aequae ac sudor,
 praesertim in desquamatione epidermidis paene prorsus deficit. Pal-
 pebrae inflammationem et suppurationem patiuntur, quae et Meibo-
 mianae glandulas corripit. Tonsillae et parotides intumescunt, nullo
 vel leui admodum dolore, et peritae inflammauntur. Glandularum
 obstructio et tumor latius per fauces ad pectus, thymum, pulmones
 et ipsum cerebrum serpit; omnesque partium illarum glandulas acer-
 bissime infestat. Breui tempore impedita et difficilis redditur respi-
 ratio,

ratio, quae citam minatur mortem; morbo per suffocationem finiente, uti fere in angina polyposa. Hebetudo sensuum, et stupor cerebrum nervosque opprimens, aegrotos status sui, licet periculosissimi, conscios esse non patitur, nec praeter facile summam anxietatem, et inquietudinem doloris signa observet; vitae tamen, natura faultrice, redditi diu, quam graviter decubuerint, perferunt. Dicitur non potest, quantum stragem edat hoc contagium et quam languidam efficiat vitam eorum, qui periculo praesenti erepti, tamen morbosa materia non funditus liberati sunt, quae si non omnis citi potuit, facile ad intestina defertur, ibique deposita firmiter haeret. Vexabat abhinc annis aliquot regionem nostram epidemia, in qua plures curae meae concreditos vidi, quorum tam externae quam internae partes ulceribus misere cruciabantur, saepius non sine magna substantiae carnosae ractura. Non pauci eorum revaluerunt, ita tamen nonnulli, ut et nunc vix medendis fistulis, abscessum in visceribus secutis, laborent. Eandem cognitionem morbi serofulosi cum febris scarlatina probat et eius curandae indicatio, in utroque enim morbo eundem effectum adhibita, una eademque remedia producere patet, qua de re infra vberius.

Nunc aliquid de morbis aliis, qui itidem systema lymphaticum adoriuntur, et saepius cum febris scarlatina vires suas confociant, dicendum mihi videtur, in quibus maxime morbilli attendendi sunt, qui prae aliis una cum febris nostra grassantur, et coniunctim aegros impetunt. Quamvis morbi hi, stimulorum cuique propriorum ratio habetur, parum inter se convenire videantur, quin potius pathognomice discrepent, attamen eo usque ambo simul vires suas in systema lymphaticum exserunt, ut vix unquam natura unum ab altero segregatum evolueret atque tollere valeat. Ambo propriam quasi sedem habere videntur vasa insorbentia, eorumque systema infestare, amborum symptomata et crises admodum similes, amboque eandem medelae rationem flagitant; nimirum ut se. et exeretio omnium viarum laesate in integrum restituantur, et vasa cutanea in- et exhalantia nociuis et heterogeneis stimulis liberentur. Longe lateque pernegata fuit vere elapso provinciam nostram morbillorum contagio, quae plura nobis combinationis horum morborum praebuit exempla, nec nunc plane desit.



desit. Morbilli, si a febris scarlatina seuncti infantes adultosque adoriebantur, benigniores erant, nec a constitutione aëris exacerbati comparuerunt. Sexaginta et plures feliciter eluctati ad optimam redierunt valetudinem, qua et nunc fruuntur. Tres vero, in quibus vna cum morbillis febris scarlatina eruperat, nulla nec cura nec medicina seruari potuerunt, sed vel nono vel vigesimo die peracto, multas perpessi vicissitudines, succubuerunt tristiori. Non procul hinc in pagis ad tractum montanum sitis, febris scarlatina cum morbillis coniuncta fere omnibus, quos occuparat, lethalis fuit.

Rarior febris nostrae cum variolis combinatio. Memini nullius casus huius connubii, quamquam vno eodemque tempore variolae, morbilli et febris scarlatina plurimos inuaserant, morbilli cum febris nostra saepius coniuncti, febris vero cum variolis nunquam simul apparuit.

Longe secus se habet tussis clangulosa, siue conuulsua, cuius cum febre scarlatina coniunctionem saepius epidemia adhuc durante, difficiliorem, nec raro feralem vidi. Tussis nimirum conuulsua aequae ac febris scarlatina, ab acrimonia serofulosa, praesertim vasa lymphatica et glandulas thoracis, pulmonum abdominisque stimulante pendere videtur, hinc et pertinacia, symptomatum complicatio et imperfecta eius crisis intelligi et explicari potest. Quid? quam plura remedia, quae debellandae febris nostrae inferuiunt, multum ad tollendam tussim istam adiumenti adferunt.

S. 5.

Nec per scriptiois huius limites, nec per finem, quem mihi proposui, nunc licet, de curanda febris scarlatina diffusius disserere, satis mihi est, ea, quae experientia me docuit, breuiter strictimque pathologicae et febriciticae praesertim respectu habito, communicare. Ante omnia accuratius inquirere medicus sollers in prima morbi initia, qui si magna vi nec minore periculo eruperit, efficacissima flagitat remedia, tam vt ipsa infringatur vitae minitans violentia, quam vt mox oriunda perturbatio systematis neruorum, et virium vitalium suppressio, praecaveatur. Sin autem mitiora morbi sint primordia, ab ipsa mali indole,

le, causis, signis, et singulari indicatione ineundae medendi rationis consilium capiet. In utroque casu praeter venas inforbentes et nervi, quaquaversum per omne corpus diffusi sunt, male afficiuntur, et plus minusue pro morbi gradu quatesacti a pugnantibus inter se stimulis incitantur. Hinc motus febrilis, saepius vehementior, aestus, sitis perucax, inquietas et anxietas aliaque sequuntur symptomata. Quia omnia, praesertim si impedita admodum et dolens sit deglutio, citam largamque sanguinis missionem ex alterutro brachiorum, praeter infantilem, nulla aetatis habita ratione, requirunt, quae plurimum plerumque iuvat aegrotos, et in reliquo morbi decursu sanguine imprimis diuitibus haud parum praebet enolumenti. Non raro vel vna hac largiori venesectione statum spasticum solui, laryngis inflammationem valde restringi, purpurae eruptionem adiuuari, benignam perspirationem, sudoremque elici, expertus sum. Ad ipsa organa se- et excrementa, quorum actiones causae morbosae stimulis perperam immutatae et impeditae sunt, liberanda, ad vasa porro cutanea in- et exhalantia in consensum cum reliquo corporis habitu retinenda, et si quid detrimenti passa fuerint desquamazione, restituenda, dici vix potest, quantum momenti habeat sanguinis missio mature facta. Conclauae spatiosum, puro aere saepius resectum, ita tamen, vt aeger libero, inprimis frigidi aeris meatui non exponatur, frigida temperie modice calefactum, integumenta, quae refocillant, non aggrauant corpus, decubitus quietus, potus largior, tepesfactus, demulcens, perspirationem adiuuans, humectatio oris saepius repetita, multum allevant aegrotum. Abundans colluuius in primis viis, simulac se prodat, sine mora dosin rad. ipec. c. theo requirit, huic enim tollendae magis inseruiet vomitorium, quam, licet leniter aperiens, quia conquassatio per vomitum excitata, versus cutem facile miasma deducit ubique eicit. Ad alium ciendam resoluentia blandeque stimulantia adhibeantur clysmata, pluries, si status ratio id velit, per diem repetenda.

Si vehementior spasmodica contractio, et difficilior symptomatum complicatio exanthematum moretur eruptionem, aut ea prorsus vascula cutanea transire non patiat, id agat medicus, vt, prioribus, de



de quibus dixi, minime neglectis, stimulantibus materiam morbi ad superficiem cutis deferat, quo utendum est sinapis ad suras, plantas pedum, cervicem, pectus, et abdominis regiones adhibitis, et, urgente necessitate, vesicatoriis, quae, si praesens periculum amoveri nequeant, vel iteranda sunt. In paruulis, si larynx et tonsillae valide inflammantur, et sanguinis congestio cerebrum afficiat, vsui sunt hirudines collo admotae, cum venae sectio in ea aetate difficilior sit. Purpuram bene efflorescentem si comitatur transpiratio mollior vel sudor, spes affulget malum superatum iri, laetior multum, si et sopor et inquietudo disparent. Tunc vero apprime opus est, ut aer externus coërceatur ab aegro, ne frigus exanthemata retro pellat, unde vel mors subita pendet, vel in partes interiores materies mali deferuntur. In curanda angina multum faciunt fomentationes humidae tepidae; interne salubriter adhibentur decocta et glutinosis lenienter resolventibus forma gargarismatis, iniectionis, vaporis, applicata; Externe fomenta discutientia, emollientia, infusio linimenti volatilium, et alternis vicibus emplastrum saponatum et cicutae cum camphora per continuationem adhibita, plurimum valent. Tam incunte quam progredientem morbo fauces ulcuscula superficialia occupant, quae potissimum desquamationi cuticulae interioris ortum debent. Quae recte mucilag. Hydr. Gi. arab. c. rad. Saleb. Syr. Alth. Cerafor. Gelatin. pomorum, Mororum etc. leniter demulcentur. Proderit etiam linctum e Gummi arabico cum ol. amygdal. saccharo et aqu. cinamom. saepius porrigere, et acidum Borac. cum syrupis convenientibus, et crebrior vini in os per siphunculum iniectio. Mirum dictu, quantum valde debilitati, hisque, apud quos inflammatio in putredinem vergit, iuuentur, faciem, caput, manus et pedes quotidie vino meliore lauando, eiusque per clysmata vsu, si res poscit, repetito.


Nonnunquam, transpiratione in stadio desquamationis aut plane oppressa, aut rariori, vretes validius stimulantur et vrina ab aegris saepius quidem, sed non nisi parca ac guttatim protruditur magis quam redditur. Vrina ipsa decolor et male cocta, plerumque sine sedimento, parum felicem crisin promittens, spasticam potius fibrarum contractionem indicans. Si crisi imperfecta aut metastatica mor-

bus

bus protractus grauiora symptomata gignit, corpus ipsum intumescit, colatoria renum quasi occluduntur, interne laeduntur viscera, externe glandulae in suppurationem transeunt; tunc vrina ad instar albuminis albicans male dulcescit acido phosphoreo priuata, et putride foetet. Recte hic lenibus vteris diureticis, quae per totum morbi decursum, vsque ad transpirationem cutis restitutam, male intermittuntur. In parvulis aequae ac adultis, vt alia taceam, magno vsui est soda phosphorata ad 20-30 gr. quouis bihorio, in decocto teporato aut alio potu e. c. lactis sero dulci, emulsione ex oleis cum Gum. arab. data. Proderit et infusio linimenti volatil. in abdomine, regione pubis et lumborum nonnunquam iterata, vti et puluis sudorificus Doueri mane et vesperi modice sumtus. A frigidis prorsus abstinentum est aegro, praesertim in hoc stadio, nec nisi paululum tepesfacta, vt saltem hypocausti temperaturam exaequent, bibat. Dicitur vix potest, quantas et quam noxias in organis secermentibus frigida producant, quae plerumque exoptatam remorantur, vel omnino impediunt diaphoresin. Id enim hic vel inprimis datum est medico negotii, vt quavis ratione partes internas aptas reddat, quo libere versus cutem agere queant. Plus auxilii hic merito expectatur a lenibus diaphoreticis, quam, in quo multos errare vidimus, a minimo vsu anti-phlogisticorum, praesertim si acida et nitrum stomachi conditio respuat. Commode Mixturam temperantem ex sequentibus ꝛ. Magnes. alb. Nitr. dep. sacchari alb. ff. lactis sulf. aurat. ꝛij. in Aqu. Samb. et til. solut. ad cochlearis mensuram saepius porrexi. Quae tamen eo valere non debent, vt medendi methodus antiphlogistica, aegri inorbique indole bene pensitata, excludatur, quae in quouis contagio huius generis inulte se contemni non patitur. Pluries expertus fui, sanguinis ebullitionem, interioreminitantem inflammationem non nisi antiphlogisticorum vsu sedari potuisse. Praesertim in inflammatione lentescente, quae male affectis nervis et vi vitali destructa, si acida apte inuoluta excipias, vix alia expediundae salutis spes nobis relinquitur. Salubrem cognoui Mixtur. temp. ex ꝛess. ꝛij, Otr. depur. tartaro tartarifato sacch. lactis, in aqua fl. til. solut. c. syr. violar. et papav. rhoeat. edulc. assidue, quantum cochlear capit, datam, Cui etiam qua-

C

qua-



quater vel quinquies per diem dandam addidi mixturam compositam e \ominus . succin., spirit. salis ammoniac. vinos. optim. sicuti spirit. Mind. saturato, ut inde spirit. sal. ammoniac. succinatus emerget. Tunc Extr. Chin. $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$. tur. pin. $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$. Extr. Gram. $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$ in aqu. cinnamom. $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$. sambuc. $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$, solutis admiscui spiritus prioris $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$, quod bene quassatum ad cochlearis mensuram sumi iussi. Antiseptici vim semper praestitit Elix. acid. Halleri, cum decocto Rad. bard., Alth., Scorzoner., Gram. et liquirit. pro potu datum. Nonnunquam et Infusio fl. Arnic. e. Nitr. antimon. et syr. papav. edule. ter quovis die sumta iuamini fuit, nec non, sicuti res poposuit, Infus. Rad. serp. virg. e. Liquirit. Omni ope annitendum, ut vis mali sex primis diebus frangatur et debelletur, quod in paruulis, qui remedia plerumque reformidant, rarius fieri potest. Minus valet ars clinica augefcente periculo, cum medicus pluribus intentis symptomatibus, quorum quoduis propriam quasi requirit curam, minor est ad singula. Sordes imprimis viis collectae, si praesentiae suae in primo morbi stadio indubia exhibent signa, optime eniciuntur bolo vel linctu e Pulv. ialap., rhei e. calomel. et sulf. aurat. antimon., syr. quodam q. s. m. ut fiat Bol. Sigl. mane sumendo. Morbo autem paulatim decrescente, ardore sanguinis lenescens sedato, vique vitali oppressas viscerum actiones naturales reducente, commode leniter euacuantia quovis quarto vel quinto die dantur, quae potissimum restituentae salubri concoctioni inserviunt.

Vesicatoria morbo adoriente applicata, et unguento exutorio in suppuratione per tempus sustentata, admodum iuvant, serius vero, irruente periculo, admota, delirio, quod recte observavit GIRTANNERVS, vires suppeditare et nocuos creare stimulos videntur. Eadem vero in fine morbi diutius aperta, mirum quantopere emundant, et liberent sanguinem humoresque crudis materiis stimulis nocentibus. In curandis glandularum tumoribus et exulcerationibus, quae saepe numero sequuntur febrim scarlatinam, nihil aequae et citius iuvat cantharidis, vnguento exutorio convenienter adiutis. Saluberrimus vero eorum est usus, materia morbifica per tristem metastasin ad partes nobiliores delata, semperque grata mente recordabar, quantum contra subitas congestiones aequae in ventriculis cerebri, thorace, abdomine,

et

et seroto, quae citam adducunt mortem, opitulatae mihi fuerint. Eadem propemodum est ratio hirudinum, quae capite, faucibus, pe-
ctore cum inflammatione confluantibus, primo morbi stadio pruden-
ter admouentur, multumque ad varia propellenda pericula momenti
habent; sanguine vero nimio calore iam resolutò, non nisi caute iis
vtendum est, cum parum leuaminis aut auxilii tunc adferre solent.
Memini tantum eas ciere sanguinis profluum, quod non, nisi vna
cum vita, desit.

In eligendo cibo potuque maior solertia progrediente quam ineun-
te morbo adhiberi debet, praesertim in paruulis, ne nutritione aut ni-
mia aut inepta cruditates male augeantur, quod eo magis cauendum
est, quo certius per omnem morbi cursum, corpus humoresque cru-
ditate aggrauantur. Non raro statim diaetetica vitia excipiunt recidi-
vae, intumescencia corporis et dira mors. Ipsa acida e regno vegeta-
bili, nec pomis exceptis, circumspecte permittenda praesertim in de-
bilibus.

Si, superatis morbi periculis, quies, vigor, viresque redire vi-
dentur, sudorque benignior corpus humectat, et reliquae se. et excre-
tiones redintegratae apparent, spes laetior recuperandae salutis affulget.
Nunc id curae esse debet medico, vt refocillet vires attritas neruorum
praesertim, quo sussulta natura organicas actiones feliciter ad finem
perducat, quibus humores noxiis liberati stimulis corriguntur. Hic
magno vsui est Mixtura:

℞. Extr. Chin. ʒij. Lign. Guajac. aquos. Arnic. vinos. āā ʒiſſ
Gram. ʒſ, m. solv. c. Spirit. Minder. ʒvj. Aqu. Cinnamom. Aqu. Sam-
buc. āā ʒij. Vin. ʒij. Huxh. ʒiſſ. m. d. ad Vitr.

Sigl. Per tres horas cochleam bene quassatum sumendo, vna cum
praecipis diaeteticis bene obseruatis.

§. 6.

Hac via, hacque medendi ratione, omnia enim et singula remedia,
quorum vsus variis casibus variaque suadebant discrimina in medium
producere nolo, plurimos, etiam eos, de quorum vita actum esse vi-
debatur, ocyus, lentius ad pristinam salutem redire vidi. Accidit
tamen



tamen nonnunquam, vt febris scarlatina languori et chronicis malis per omnem vitam duraturis causam praebet, quae systema lymphaticum et nervos misere vexant, variisque formis, quos inhabitant, ex-cruciant. Nuperrime testis fui perpeffionum, quae, si in vitam earum inquiri originem, a materia serofulosa acuta nimis firmiter corpori inhaerente pendebant. Cum per plures annos hominem, de quo sermo est, propius obseruare mihi contigerit, et aegro a consiliis fuerim succinctam morbi, quocum conflictatus fuit, et exitus eius historiam annectere mihi a sine proposito non alienum visum est.

Historia morbi.

Vir quidam corpore proceri, et bene succulento, non mala frui videbatur valetudine; vix pubes factus vehementiori febre inflammatoria correptus fuit, quam ex iis, quae referre solebat, facile scarlatinam fuisse cognoui. Superato malo, restitutaque, vti credebatur, valetudine, admodum debilitatum se sensit, et subinde viscera abdominis et ventriculi, quasi mole quadam grauata, indoluerunt. Haec alternis vicibus euanescentes et rediens molestia, nimium quantum aucta fuit paucis annis post, cum iter faciens, solisque aestu marcescens siti largiori haustu aquae, quam palus obtulit, restinguere cogeretur. Ex eo enim tempore, non ea solum, quibuscum iam antea conflictabatur, mala saepius et maiori cum violentia redibant, sed accesserunt et insolita, capitis dolores intensissimi, ventriculi motus conuulsui, et spasmi totum corpus tanta vi torquentes, vt vel remissione facta per aliquot dies, quid pertulerit, male sentiret. Postea horologiis condendis operam addixit, quo vitae genere corpori iamiam tota malis adfecto parum consuluit. Perpetua enim sedendi necessitate vasa ventris infimi compressa frequentiores obstructions indeque oriunda infarcta pepererunt, et congestioni sanguinis humorumque pectus verus et caput ansam praebere. Quibus malis obuiam iturus, quotidie tempore matutino ieiunus sex vel octo libras aquae frigidae fontanae in se inurgitauit, vt stomacho, in cuius debilitate omne malum ponebatur, nouum conciliaretur robur. Quod consilium per bimestre

seculum

secutus pessime se habuit, secuta est dyspepsia, liquor gastricus admodum deprauatus, hincque tenuis et vacillans valetudo, qua misere vitam traxit vsque ad annum 1781. Hoc anno pectoris pulmonumque inflammationem et haemoptisim perpeffus, aegre paulatim reualuit, et infirmum corpus, magis curatori diaeta, quam re medica suffulfit. Redibant saepius capitis dolores vehementissimi, qui non nisi vomitu et spasmus infimi ventris terminari solebant. Febris intermittens quartana, quae hominem nostrum ao. 1786. adoriebatur, post bimestre feliciter profligata laetiori valetudini locum reliquisse videbatur. Gavisus fuit per tempus perpauculum sanitate vix vquam illi cognita. Sed spes erat mox transitura. Sensim sensimque fuetos persensit capitis dolores, quos omnis morborum cohors sequebatur, quibus inde a prima adolescentia succubuerat. Tandem mense Iulio anni praeterlapsi ea vis mali erupit, cui superandae nulla prorsus ars par erat. Diu iam hinc inde auxilium quaeritans, vario et copioso remediorum vsu, quae vix semper e re fuisse censenda sunt, et malum ipsum intus quasi occlusisse, exacerbasse, et corpus hebetasse videbatur, quo minus vel saluberrimis pateret medicinis. Iam non corpus solum, sed et ipse animus per quadrimestre adeo afflictus fuit, vt spes restituendae salutis omnis euanesceret. Capitis dolores intensas plerumque excipiebat vertigo, non raro deliquio animi finiens. Saepius cephalalgiam comitatae sunt singulares affectiones. Nunc quasi gelidissima in internis cerebri partibus perfusus aqua perhorruit, nunc innumeras, subito, interne cerebrum reptantes formicas persentiscere sibi visus est, quam affectionem semper secuti sunt spasmi vehementiores, stomachum prae aliis et oesophagum torquentes, quibus salivae liquor copiosus excretus, sinem facere solebat. Nunc vero vix tolerandi cerebri medii constrictionem perpeffus fuit, cum oculorum hebetudine et quasi suffusione, videndi facultate tandem, paroxysmo sublato, restituta. His aliisque grauioribus malis laborabat noster vsque ad mensem Octobris, quo ineunte morbus summe inualuit. Capitis dolores, pectoris, ac viscerum abdominalium intensiores, videndi facultas pedetentim imminuta, penitus tandem sublata. Initio anni, pleuritis humida symptomatica cum sputo cruento apparuit,




quae statu aegri deterrime mutato, spem melioris vitae fecit et implevit. Obiit duodequingenta annos natus.

Ex quo curae meae traditus fuit aegrotus, ipse per tot annos morbi decursus eiusdemque symptomata, me dubitare non sinebant, acrimoniam quandam humorum, febris scarlatinae, quam puber superauerat, superflitem et ad nobiliores partes delatam, omnium malorum, quae patiebatur, causam esse. Hinc enim pendere partium internarum laesiones, colluuiem ferolam in cerebro eiusdemque ventriculis, praesertim tertio, thalamorum neruorum opticorum oppressiorem, uti et plexus choroidei corruptionem, oculos per torporem effuscatos et pupillae dilatationem, quamuis contradicentibus quibusdam, recte tamen auguratus fui. Comprobauit prognosin cadaueris sectio, quam opitulante amicissimo OHLIO, legionis Nisemuschelianaee Protodirurgus, die obitum sequente insitui, cui vberiozem narrationem hic annectere propter singularia quaedam non absouum erit.

Sectionsbericht.

Bey Eröffnung des Tages vorher verstorbenen F. I. B. fand sich folgendes: 1) An der äußern Oberfläche des Körpers entdeckte man nichts Widernatürliches. Der ganze Körper war bläsi; hier und da zeigten sich Todtenflecke, das Fett war geronnen, die Reizbarkeit der Muskeln verschwunden; und der Entfelte völlig roth. 2) Nachdem man die gemeinsamen Bedeckungen des Scheitels mit Behutsamkeit abgelöst, der Obertheil desselben vorsichtig in die Höhe gehoben, und bey alle dem nichts Widernatürliches gefunden hatte: so zeigte sich die harte Hirnhaut der Untersuchung. Die Gefäße dieser Haut waren vom Blute leer, und in dem obern langen Blutbehälter derselben fand sich in der hintern Hälfte desselben ein muköser Polyp, in Gestalt eines zarten Fadens. Der Blutbehälter selbst war übrigens vom Blute ganz entbloßt. Die Drüsen der harten Hirnhaut waren auf der rechten Seite häufiger, als auf der linken, aber in ihrem Grundwesen völlig gesund. 3) Die Spinnwebenhaut war in ihrer ganzen Ausdehnung von ihrem eigenthümlichen wässrigen Dunste etwas mehr, als gewöhnlich, aufgetrieben und von der unter ihm liegenden dünnen Hirnhaut etwas
ent-



entfernt. Der gesammelte Dunst hatte ein milchfarbenes Aussehn. 4) Die dünne Hirnhaut war röthler als gewöhnlich, und alle ihre Gefäße enthielten viel Blut. 5) Der untere lange Blutbehälter der harten Hirnhaut war, sammt der sichelförmigen Scheidewand beyder Halbkugeln des Gehirns, blasig und ohne Blut. 6) Die linke Seitenkammer des Gehirns war, nachdem man die Decke derselben aufgehoben hatte, von einem gelblichten Blutwasser sehr ausgedehnt und angefüllt, dessen Menge eine reichliche Unze betragen mochte. Das Monroische Loch war sehr erweitert, und das Seitenadergeflechte war sehr blasig. In der Mitte desselben zeichneten sich besonders fünf große wasservolle Blasen, von der Größe einer kleinen Erbse aus, in welchen die Wasserblasenwandwürmer bey näherer Untersuchung gefunden wurden. 7) Die Rinde des Gehirns war blasig, als gewöhnlich; das Mark sehr fest, und wenig roth: Punkte in denselben. 8) In der hellen Scheidewand des Gehirns nebst ihrer besondern Höhle war nichts Widernatürliches zu finden. 9) Die rechte Hirnhöhle war in ihrem hintern und untern Horn mit vielem Wasser angefüllt, dessen Menge eine halbe Unze betrug, und wovon bereits ein Theil durch das Monroische Loch in die linke Hirnhöhle uebergegangen war. Das Adergeflechte derselben Hirnhöhle war ebenfalls sehr blasig, und in seiner Mitte mit unzähligen Wasserblasen von eben der Größe, wie auf der rechten Seite, angefüllt, welche besonders gegen den Fingernagel, des Gehirns, und des hintern Horns der Hirnhöhle sich sehr ausdehnten. 10) Eben diese Beschaffenheit hatte auch das mittlere Adergeflechte, wo besonders eine sehr starke Wasserblase auf der rechten Seite die Ziebelknose bedeckte. 11) In der dritten Hirnhöhle war ebenfalls viel Wasser, von derselben Beschaffenheit No. 6. ergossen. 12) Die Zirbelkrüse war sehr blasig, von natürlicher Größe, und vor ihr das gewöhnliche Steinhäuflein befindlich. 13) Die Querblutbehaelter der harten Hirnhaut waren mit Blut und einem mukoesen Polypen angefüllt; die Blutbehaelter des Herophilus aber von demselben entbloest. 14) Die gestreiften Körper und Nessel der Gesichtsnerven waren sehr blasig von Farbe, und triefen in ihrem Schnitt von Wasser; auch erblickte man erweiterte Gefäße, welche aber nicht Blut, sondern Lympha enthielten. 15) In der vierten Hirnhöhle, welche ueberaus weit war, entdeckte man ueber eine Unze gelblichten Wassers, welches auch die ganze Ruck-



Rueckenmarkthochle oberwaerts ausfuellte. 16) Die duenne Hirnhaut, die Spinnwebenhaut, und die Substanzen des kleinen Gehirns waren von eben der Beschaffenheit, wie No. 3. 4. 7. ist beschrieben worden. Die gemachten Schuette triesten in kurzer Zeit eine waesrige Feuchtigkeit von sich. 17) Die Hirnbekleidungen der Grundflaeche des Gehirns, und der ganzen Hirnschale, weichen in nichts von der gewoehnlichen natuerlichen Beschaffenheit ab. 18) Nachdem man das Brustbein gehoerig in die Hoehle gehoben, und die Brusthoehle solchergestalt eroeffnet hatte: so zeigte sich die vordere Scheidewand der Brust entzuendet und ohne Fett; auch flossen einige Unzen gelblicher Feuchtigkeit aus jeder Hoehle der Brust. 19) Beyde Lungen waren durchaus aeuferst entzuendet, an ihrem hintern Rande brandt, das man sie daselbst zerreiben konnte, und an der Grundflaeche mit vieler Entzuendungskruste bedeckt. Sie waren mit den Saecken der Brusthaut, in ihrer ganzen Ausdehnung, gaeuzlich verwachsen. 20) Beyde Hoehlen der Brust enthielten da, wo die Lungen nicht angetroffen hatten, an ihrer hintern Seite eine reichliche halbe Kanne Blutwassers; die saemmtlichen Saecke der Brusthaut, besonders da, wo sie die hintere Scheidewand der Brust bilden, war sehr entzuendet, und mit eben dergleichen Speckhaut belegt, wovon auch ein Theil in dem schon ergossenen Wasser schwimmend angetroffen wurde. 21) Der Herzbeutel war, nebst der ganzen linken Haelfte des Herzens, und der Spitze desselben, sehr entzuendet, enthielt aber nicht mehr Wasser, als gewoehnlich. Die rechte Haelfte des Herzens, nebst ihrer Vorkammer, strotzte von duennem Blute; die linke Haelfte aber war leer, und auch in ihrem Innern entzuendet. 22) Nach geoeffnetem Unterleibe sahe man die Leber, in Ruecksicht ihres Grundwesens, natuerlich beschaffen, nicht verhaertet; wohl aber in der Hoehlflecke entzuendet, und laengst der Gallenblase, und diese selbst, nebst dem kleinen Netze, brandt. Die Gallenblase war leer von Galle. 23) Der Magen war von natuerlicher Groesse, aber nicht verhaertet, noch von fremder Form; wohl aber an dem grossen Bogen, und an dem Pfortner, entzuendet. 24) Das kleine Netz, von der Leber zum Magen, nebst dem grossen Netze, ganz entzuendet. 25) Der Zwolfingerdarm, und alle Gedaelme, waren sehr entzuendet, hin und her brandt, und an mehreren Orten verengert. 26) Die grosse Magendruese war ebenfalls sehr entzuendet, und gegen das Colon

zu brandigt. 27) Die Milz war ziemlich groß, und ebenfalls entzündet. 28) Das Gekröse nicht weniger entzündet; dessen Drüsen aber waren wie gewöhnlich. 29) Die dicken Gedärme waren durchaus entzündet, und an vielen Stellen brandigt. 30) Die Nieren und Harngeäße hatten viel Entzündung, eben so die Harnblase, und das ganze Bauchfell.
Kleinwelke, am 1ten Jan. 1796.

Satis de scarlatina dictum. Bene actum esset de genere humano, si nobis numine annuente daretur, virus scrofulosum, quod febrim scarlatinam gignit, semel eruptum, eodem modo delere ut in variolis et morbillis fieri grati nouimus. Nec, semel terrimo morbo superato in posterum infectio acuta timenda esset. Hic in partes abire celeberrimos viros videmus, quorum alii repetitionem morbi se obseruasse affirmant, alii, duce HAGESTROEMIO, non nisi vna vice aggredi miseris statuunt. Ter per quindecim annos nimirum 1782 — 88. et 1796. tam hic ubi dego, quam in circumiacente regione longe lateque propagatum vidi, etiam sporadicam nonnullis in locis febrim nostram, nec vquam aeger bis febrim hac oppressus mihi obtigit. Quantum solaminis afferrent medici humano generi, si hanc observationem sua confirmarent experientia, et indole morbi accuratius indagata, deuastatrici huic tabi arte circumscriptos limites ponere anniterentur. Magno cum fructu plures iam medici in practicis exercitissimum hunc morbum obseruatis illustrarunt, quorum praecipuos habes STORCHIVM, ROSENSTEINIVM cum MURRAYO, DE HAENIVM, PLENCIZIVM, TISSOTVM, KIRNLANDVM, WITHERINGIVM, JOHNSONVM, HAGESTROEMIVM, DE MEZA, aliosque. Nobis ea, quae experientia nostra fuimus edocti, hic proposuisse sufficiat.

§. 4tae Initium ad pag. 11. ante verba: *qui ad summam* etc. referri debet, et sessio illa a pag. 9: *Vei huius* — pag. 11. *reliqua*; finem §phi 4tae, constituit, verbis: *adiumenti asserunt*, neccenda, quod hoc loco monuisse lubet.

RESPONDENTI CLARISSIMO,

S. P. D.

P R A E S E S.

Quod Ordine Medicorum consentiente in publicum deduxisti specimen inaugurale, plura omnino continet, quae TVAM in praxi medica dexteritatem, atque artis salutaris peritiam optime commonstrant. Minime ergo mihi, ut in eodem vel addendo vel demendo quicquam immutarem, consultum ac prouisum est. Libellum enim cum voluptate legi, et in eadem Lectoribus esse vehementer cupio, qui quidem, quam cara TIBI externae, cui TE hucusque praecipue dedisti, medicinae, aequae ac internae, consuetudo et exercitatio, quamque sanctum utriusque vinculum, sine summo periculo haud reuellendum, TIBI fuerit, ex eodem satis intelligent. Utinam ita Deus O. M. faxit, ut, quos in Nostris consecutus es honores, largissimam TIBI de civibus TVIS, iisque praesertim, quibus necessitudine fraterna iunctus es, bene merendi occasionem offerant; ut firma semper usus valetudine, quae TE expectant vitae huius gaudia, animo hilari colligas; sic memor vine mei, et laudi famaeque Nostrae Academiae perpetuum, precor, faue. Scripsi Vitebergae a. d. 6. Augusti 1796.


Wittenberg, Diss.; Ergbd. 7, 1792-96
vol 18



f
sl.







1928 R 944

(449)
DE
SCARLATINA
OBSERVATIONES ET MELETEMATA
QVAEDAM,

7,29
30

DISSERTATIO INAUGURALIS,
QVAM
PRAESIDE
D. SALOMONE CONSTANTINO
TITIO,

BOTAN. ET ANATOM. PROFESS. PVBL. ORD.

PRO GRADU DOCTORIS
IN MEDICINA ET CHIRVRGIA,

A. D. II. AVGVSTI 1796.

H. L. Q. C.

PVBICA DISPVATIONE DEFENDET

AVCTOR
GOTTLOB BENIAMIN BAVER,

GVBENA - LVSATVS,
MEDICINAE CANDIDATVS ET CHIRVRGVS KLEINWELKENSIS.

WITTEBERGAE,
LITERIS TZSCHIEDRICHIL